



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Custode. Tit. 23

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

## TITULUS XXIII.

## De Custode.

## SUMMARI A.

1. Custos alius quàm Sacrista, licet affinis. 4. Est Prælatus in Germania.  
 2. Ejus munus quale. 5. Consuetudo hæc dominatur.  
 3. An habeat dignitatem.

**S**icut Archidiacono subest Sacrista, ita & Custos. c. 1. hoc tit. Qui Sacristæ seu Thesaurario valde est affinis. Nam est is, cui ea, quæ competunt Ecclesiæ, custodienda committuntur. Unde in aliquibus Ecclesiis hi confunduntur: ut insinuat. c. 2. ad fin. vers. in terminis. eod. Azor. Inst. moral. parte 2. lib. 3. cap. 16. qu. ult. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 3. tract. 1. cap. 3. num. 50. vers. nona. in aliis Ecclesiis dividuntur. Dartis tract. de benefic. sect. 1. cap. 3. de divis. benef.

Et quidem meritò; Nam eorum, origine consideratâ, officia sunt diversa, ut ex Titulorum diversitate in Decretalibus constat. Nec enim est verisimile Gregorium IX. in earum compilatione duos diversosque titulos ejusdem officii unum addidisse post alterum inutiliter. Barbof. juris Eccles. univ. lib. 1. tit. 27. num. 8.

2. Quâ propter videtur Custos tantum fuisse quasi Minister Sacristæ. sec. Gloss. & Pavorm. ad hunc tit. Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib. 15. cap. 39. num. 7. & partit. jur. Canon. lib. 2. tit. 9. cap. 5. num. 10. Nam ultra munia Sacristæ incumbentiâ, servandi scilicet & custodiendi Ecclesiæ utensilia, quæ etiam Custodi incumbunt; c. 1. hic. hæc Custodis sunt propria; Barbof. d. loco num. 10. Strein. in sum. jur. Canon. part. 1. tit. 5. §. 7. num. 3. Ungepaar. in comment. Decret. ad hunc tit. Vallenf. in parat. ad eund. 1. Tintinnabulorum pulsatione, horarum Canonicarum signa, jubente Archidiacono, dare: 2. Pallia vel altar-

ris linteamina & cuncta Ecclesie utensilia indefinenter custodire:  
 3. Accendendis & extinguendis lampadibus vigilem se præbere; nè  
 aut supra modum lucendo depereat oleum, aut minus lucendo Ecclesia  
 sit obsecurior: 4. Nè thuris unquam sit inopia, diligenter curare:  
 5. Utriusque panis & vini ad Missæ Sacrificium copia omni suppetat tempore,  
 providere: 6. Omnes denique oblationes seu Eleemosynas atque  
 decimas, cum Archidiaconi consensu in Episcopi absentia inter fratres  
 (id est pauperes) dividere. c. 1. & 2. & hoc tit. ex Concilii Toletani actis.  
 Roderic. Hispan. in speculo vite humane. lib. 2. cap. 10. Azor. d. cap. 16.  
 quest. 7. Card. Tusch. lit. D. conclus. 419. num. 24. Gabanet. de jure publ.  
 lib. 3. tit. 33.

In quibusdam Ecclesiis tribuitur Custodi dignitas, eaque tanti 3  
 ponderis habetur, ut præter ornamenta, & Ecclesie privilegia, regii di-  
 adematatis gerat custodiam; quam ob rem persona debet conferri ido-  
 neæ, ne per negligentiam honor patriæ de corona aliquam lesionem sustineat,  
 ait Innocentius III. epist. 489. lib. I. registri. Corippus lib. 4. Grætor Au-  
 gusti servans pia gaza sacelli.

In aliis dignitatem nullam habet, Barbosa d. loco num. 11. ut in  
 Ecclesia Tholosana, in qua quatuor sunt Custodes, qui inter Clericos  
 minores & servitores constituuntur, teste Cironio in parat. hic. in fin.  
 Quales sunt quos Basilicenses vocat canon perfectis. dist. 25.

In Germania verò in Ecclesiis Cathedralibus Custos inter Præla- 4  
 tos numeratur, cui Sacrista subest, & quem designare voluerit Subcu-  
 stor. Stræin. d. loco. & num.

Itaque de officii horum certi nihil statui potest, propter varias 5  
 Ecclesiarum consuetudines, ad quas omnia hæc officiorum & dignita-  
 tum jura semper referre debemus; Vallens. in par. hic. ut nominatim  
 profertur Glossa; nam & Custodi ea omnia quæ & Archidiacono,  
 Archipresbytero, Primicerio tribuuntur, defert c. 2. hujus tit. in 1. com-  
 pilat. Licet enim istic Custos, vocitetur Ecclesie columna; non ta-  
 men pari fulget dignitate cum Archidiacono, cujus est propriè manda-  
 torum executor, & si in munere suo fuerit negligens, ab illo distringi  
 debet. c. 1. eod. Ciron. in par. hic.

Corvinus  
 De Personis  
 Benef. Ecclesiarum

G IV

32